*Haec sunt Vitæ species, quæ in hoc Pisano Horto reperiuntur, nec earum major quantitas nobis, congruam, & commodam offerret utilitatem, extensus enim campus his sarmenosis Plantis requiritur ad hoc, ut bene germinent, ac frondescant; in amantissimis Castellæ, & Petrajæ, Ariminæ, Genesæ collibus consultò quam plurimæ species adolebant. Illuc enim Regiæ Celsæ Magni Ducis curâ ac sollicitudine e quavis Provincia peregrina, ac remotissima adductæ, omnig. diligentia ibi coluntur, dissimiles inter se observantur, ut ducentenarum formarum numerum excedant, ob varium foliorum colorem, & laciniâs, vel ob ramorum extensionem, alas ac virorem, ut Coloni primo intuitu iam exultas, quam virentes agnoscant; fructus etiam sapore, colore, magnitudine, & acinorum variegato colore, ac figura distinctas producunt. Tunc insuper est succi varietas, ac suavitas, ut diversissima, ac preciosissima Vina Agricola conficiantur.*  
*Vitis quinquefolia, Canadensis, scandens Tournef. 613. Edera quinquefolia, Canadensis Corn. 100.*  
*Vitis sylvestris, trifolia Park. Edera trifolia, Canadensis Corn. 96. vide Toxicodendron triphyllum, glabrum Tournef. 611.*

**U**LMARIA Clus. Hist. 198. *Barba Capra, floribus compactis C. B. Pin. 164. Regina Prati Dod. Pempt. 57.*

**U**LMUS campestris, & Theophrasti C. B. Pin. 426. *Ulmus Dod. Pempt. 837.*  
*Ulmus folio latiore Park. Theat. 1404.*

UL.



Ulmus folio latissimo laevi Cat. Plant. Agr. Flor.  
Ulmus folio rotundiore, supernè scabro, infernè molli, & lanuginoso Ibid.  
Ulmus minor Park. Theat. ibidem.

**U**RTICA urens, maxima C. B. Pin. 232. *Urtica vulgaris, major* Jo. B. 3. 445.  
Urtica urens, maxima, caule rubente C. B. Pin. 232. *Urtica rubra* Taber. *Dod. Pempt. 151.*  
Urtica vulgaris, minimè urens Mentz. Pug.  
Urtica urens, minor C. B. Pin. 232. *Urtica minor, annua* Jo. B. 3. 446.  
Urtica urens, pilulas ferens i. Dioscoridis, semine Lini C. B. Pin. 232. *Urtica Romana, sive mas, cum globulis* Jo. B. 3. 445.  
Urtica altera, pilulifera, Parietariae foliis H. R. Par.  
Urtica maxima, racemosa, Canadensis H. R. Par.  
Urtica minor, annua, magis urens, foliis subrotundis, floribus purpurascensibus Cat. Plant. Agr. Flor. *Urtica tertia, fuscis purpurascensibus* Casalp. 157.  
Eadem floribus subviridibus Ibid.  
Urtica minor, annua, urens, foliis subrotundis, fructifera, & non florifera Ibidem.  
Urtica Florentina, annua, urens, minor, & elegantior Ibidem.

**V**ULNERARIA pentaphyllos Tournef. 391. *Ltas pentaphyllos, vesicaria* C. B. Pin. *Trifolium bulicacabum, sive vesicarium* Jo. B. 2. 361.

## X

**X**ANTHIUM Dod. Pempt. 39. *Lappa minor, Xanthium Dioscoridis* C. B. Pin. 198.  
Xanthium Canadense, majus, fructu aculeis aduncis munito Tournef. 439 *Lappa Canadensis, minori congener, sed procerior* H. R. Par.  
Xanthium Lusitanicum, hincinatum, validissimis aculeis munitum Tournef. 439. *Xanthium Lusitanicum, spinosum* P. Bat.  
Circa Florentiam sponte, & copiose crescit teste D. Micheli.

**X**ERANTHEMUM flore simplici, purpureo, majore H. L. B. *Jacea Olea folio, capisibus simplicibus* C. B. Pin. 272.  
Xeranthemum flore pleno, purpureo, majore H. L. B.  
Xeranthemum flore simplici, albo H. L. B.  
Xeranthemum flore pleno, albo H. L. B.  
Xeranthemum incanum, flore albo H. R. Monspel. *Jacea incana, Cyani capitulis* C. B. Pin. 272. *Sivebe incana altera Cyani, aut Jacea capitulis, & flore Ptar mica vulgaris Herbariorum* Lob. Ic. 544.  
Xeranthemum flore simplici, purpureo, minore Tournef. 499. *Jacea Olea folio, minore* C. B. Pin. 272. *Ptar mica Austriaca species* Clus. Cur. Poss. in fol. 32.  
Xeranthemum Garganicum, foliis Oleæ crassioribus D. Micheli.

**X**YLON sive Gossypium herbaceum Jo. B. 1. 343. *Gossypium herba, semine albo Morif. Hist. 3. 517.*  
Xylon arboreum Jo. B. 1. 346. *Gossypium arboreum, caule laevi* C. B. Pin. 430. *Gossypium arboreum, Catoneum Segiar Alp. Ægypt. 29.*

# Z

**Z**EDOARIA Zeylanica, Camphoram redolens Muf. Zeyl. a D. Comm. missa.

**Z**ERUMBETH. Gatz. ab Horto Lib. 1. Cap. 43. *Zingiber latifolium, sylvestre* H. L. Bat. ab eodem D. Comm. missa.

**Z**ACINTHA sive Cichorium Verrucarium Matth. 505. *Chondrilla Verrucaria, foliis Cichorii viridibus* C. B. Pin. 130.

Zacinctha latifolia, maritima, Sonchi folio D. Micheli, Circa Portum Liburni.

Zacinctha Raphani, aut Lampianæ foliis Cat. Plant. Agr. Flor.

**Z**IZIPHUS Dod. Pempt. 807. *Jujube majores oblongæ* C. B. Pin. 446. *Zizipha sativa* Jo. B. 1. 40.

Ziziphus sativa, fructu oblongo, corniculato Cat. Plant. Agr. Flor.

Ziziphus sativa, fructu oblongo, turbinato, & nonnihil corniculato Ibid.

Ziziphus sativa, fructu medio, crassiore, serotino, nonnihil costulato Ibid.

Ziziphus sativa, fructu rotundo Ibid.

Ziziphus sylvestris Tournef. 627. *Ziziphus sylvestris, infecunda* H. Cat.





CLARISSIMO ATQUE DOCTISSIMO VIRO

# MICHAELI ANGELO TILLIO

In Pisano Gymnasio Rei Botanicae Professori

JULIUS PONTEDERA S. P. D.

**C**UM a te nullæ mihi, Vir Opt. litteræ redderentur, quoniam illa nostra scribendi consuetudo desierat, postquam ad Alpes Iveram profectus, epistolam ad te Idibus Novembria dare institueram eo consilio, ut intermissum litterarum officium revocarem. Quod cum constituissem, litterarum fasciculum ab egregio Viro Gastono Josepho Georgio Philosophicis, & Medicis rebus summè addiçto accepi Florentiâ, quo una a te eaque plenior Calend. data continebatur epistola. Hac me lætitiâ maximâ non affecisti solum, sed etiam cumulaisti, cum te istius Horti Publici Historiæ extremam manum imposuisse significares. Ecquid enim aliud potius, ecquid antiquius mihi est, in hac vita magnopere desiderandum, quam Horti tui ipsiusque Patriæ ornamentum? Absum quidem corpore à Patria, charitate tamen non absum: hæc me nocte dieque sollicitat, hæc ad montes, & ad asperissima queque Alpium juga rapit, hæc ad omnia discrimina subeunda hortatur atque impellit. Quæ profecto non ea mente tanta aliceritate aggredi soleo, ut alicujus gloriæ laudem mihi aucuper, meque per varios, ac incertos casus posteritati commendem, sed in id omnes rationes cogitationesque meas ab ineunte ætate contuli, ne mei Patriam Civesque meos aliquando poneret. Quibus si quicquam roto vitæ meæ curriculo laborando, cum illa mei interitus dies aderit, attulisse sensero, quam libenti animo è vita discedam, avitoque rumulo ossa mea commendabo. Ea enim est Patriæ charitas, ut non nostris sed ipsius commodis utilitatibusque inserviamus, a quibus non tantum omnium nostrarum actionum fructum, sed etiam hujus lucis qua fruimur, usuram pro suo jure meritoque repetere debet. Quapropter litteræ tuæ mihi jucundissimæ fuerunt: quin aliqua re gratiarum actione prosequer si erga istum Hortum minus te esse affectum, quam ego sum erga Patriam cognoscerem. Sed quoniam, tua in Hortum diligentia, studium, amor non mihi solum, sed & omnibus perspecta sunt, hæc de re scribere superfedebo, atque hoc unum adiciam ad tanta tua erga Hortum istum merita accessisse cumulum, quod cum civitas nostra, tum etiam Italia universa, maximam per te laudem consecutura videatur. Effecisti enim, ut nobilissimæ Stirpea Cassè, Galanga, Tamarindus, Zedoaria, Batatas, Cerei & Euphorbii species varix, & alix quimplurimæ, quæ in isto Horto primum extiteront, cum antea Italæ genti essent per obscuræ ac prope ignotæ, omnibus innotescerent. Laudabitur itaque mihi crede, Pisano Hortus, sed ita laudabitur, ut per omnes Italix partes, & ipsius, & tui nominis fama percrebrescat. Cum autem illa una maximè optabilis laus sit, quæ a laudato Viro proficiscitur, quantum Horto isti ornamentum, quantum gloriæ afferre video Amplissimum fratrem tuum Episcopum Bisturgensem qui pro eo quo te complectitur amore, omnium suarum virtutum, meritorumque omnium fructum tecum communicat. Quem virum immortalis memoriæ Cardinalis Cornelius Episcopus Patavinus [cujus interitum, ut præstantissimi Poëtæ verbis utar,

*semper acerbum,  
Semper honoratum, sic dii voluissent, habebat]*

Z

ita

its mihi laudare solebat, ut doctrina, probitate, prudentia, fide, religione cum principis Ecclesie Episcopos conferre non dubitaret. Jam vero, quod OPTIMO PRINCIPIS in istum Hortum incredibilem munificentiam ab interitu vindicasti, summam profecto gratiam ab omnibus inisti, & a me potissimum, qui nullam sibi laudem majori studio querendam esse unquam existimavi, quam que Principis Majestatem pie sancteque secundum Deum colendo acquiratur. Si quid enim est, quod majoribus meis acceptum referre debeam, illud vel in primis praefero, ipsos esse mentem, ac indolem erga illos. Quos Deus OPT. MAXIMUS Patrie praececit, mihi per carissimos parentes in-finusisse, ut hac in re neque quid aliud amplius mihi exoptandum sit, neque iis qui obsequio, ac fide probatissimi habentur, quicquam invidendum. Quare cum plurima sis consecutus, quod in istum Hortum exornandum tantè diligentia, ac sedulitate incubuisti, tamen omnia summa & singularia tibi deberi fateor, quòd MUNIFICENTISSIMI PRINCIPIS cum in omnium optimarum artium studia disciplinarumque, tum potissimum erga Botanicam benevolentiam ita litteris prodidisti, ut & nostrae, & futuræ ætati ad res herbarias illustrandas fovendasque præclarum monumentum numquam defuturum existimari. Qua quidem in re cum plurima domestica exempla haberet, præcipue tamen IMMORTALIS COSMI ingenio ac virtute MAXIMI imitatorum se præbuit, qui Primus Pisas nobili isto Horto decoravit, easque in posterum summi beneficii memoriæ sibi obstrictas reliquit. Ex tuis itaque meritis hoc unum mihi excerpere liceat, atque omnibus pro mea virili predicare, quòd præstitisti ne tantum in tot gravissimarum rerum quod in istum Hortum exornandum tantè diligentiam ad Botanicam historiam consumere, hoc neglexerim, præsertim Alpina loca peragranti necessarium, ne ad summa juga delatum quoniam, ad inferiora nimirum, esset aquarum mittendum me lateret? An tu mihi absurdissima quoque contemplandi præclarum exemplum non prætulisti, qui cum in terra Africa Medicis rebus operam dares, ad Tunetanum Regem curandum accitus, aëris tamen naturam diligentissimè fueris perferutus? Atque utinam ea de quibus circa Barometrum, in quo magis sùdo ac sereno cælo, quàm nebuloso, ac uvido *ὄψάγυρος* attollitur, literis ex Africa datis ante hos quinque supra triginta annos, & septem antequam libellum qui *Ἐπὶ τῆς μερῆς Βαρομετρικῆς* inscribitur, Ramazinus noster emitteret, virum clarissimum Nerium certiorum fecisti, memoriæ mandasses: pulcherrimè sanè inventi laudem Tuscæ terræ non invidisses. Sæpissimè itaque evenit, ut perhiantes montium meatus, per specus, & Alpium, ut ita dicam, viscera fontium naturam ab ipsis quasi capitibus sicut rimatus, nihil tamen, cum omnia cognita ac explorata mihi sint, habeo quod ad vetustissimos referendum non judicem. Quorum monumenta si extarent, hæc & alia multa a posterioribus conscripta illis innotuisse intellexeremus. Ex quibus sanè hæc que apud Vitruvium Lib. de *Architectura* VIII. cap. 1. memoriæ commendata sunt, hausta fuisse, coniecturè assequi possumus. *Hæc autem (aque nimirum capita) maximè in montibus & regionibus septentrionalibus querenda, eo quod in his, & suaviora, & salubriora, & copiosiora inveniuntur: averſi enim sunt solis cursus, & in his locis primùm crebra sunt arbores, & Jlyosa, ipsique montes suas habent umbras obſtantes, ut radii solis non directi perveniunt ad terram, nec possunt humores exugere. Intervalsa quoque montium maximè recipiunt imbres, & propter Jlyosarum crebritatem, nives ibi ab umbris arborum, & montium diutiùs conservantur; deinde liquæte per terræ venas percolantur, & ita perveniunt ad infimas montium radices, ex quibus profluentes fontium erumpunt fluctus. Aquas quoque superioribus locis descendere, ac per terræ interiora ad specus, & puteos permeare Ganymedia machinationibus Commentario de Bello Alexandrino comprobatum habemus, omniæque moris lit-tora naturaliter aque dulcis venas habere Cæsarem non verbis tantum, sed se ipsa ostendisse. Alia hujusce rei exempla deprimi possent, nisi ad alteram tue epistolæ partem jam opportunum esset transitum facere.*

Quid de Lapatho, & Acetosæ, sentiam, ut ad te scribam, rogas. Quid dicam? Bota-nico-

tanicorum quisque optimus tuz sententiæ acquiescit. Nullum inter hæc stirpes si-  
gnum, nullum discrimen, quod gustu non exploretur, intercedere omnes fatentur.  
*Lapathum*, Turnelotius in Libro quem *Institutiones Rei Herbariæ* nuncupavit, et *plausæ* ge-  
nus ab *Acetosa* solo sapore diversum: *Lapathum enim expers est insignis illius saporis aci-  
di*. Hermannus autem Boerhaavius in opere qui *Inæx Alter* titulum præfert, eadem:  
*Acetosa omnia, us Lapathis. Sapor acidus in foliis, & caule*. Hujus quoque rei memi-  
nit Joannes Georgius Volkamerus in libro quem *Flora Norimbergensis* inscripsit: *La-  
patis quoad notam genericam cum Acetosis conveniunt*. Quid igitur? Num propterea  
in unum coniungemus? Mallem vel tuum, vel alterius etiam in quo par esset in Re  
Botanica auctoritas, exemplum sequi, quam, me auctore, factum commendari. In-  
veterata enim jamdiu in Medicina Lapathi, & Acetose nomina alterutri adhiere  
non diligentæ, vana, & inutilia nobis auterentibus, daretur, sed novitati. Quamquam,  
dum diligentius harum stirpium naturam sum perscrutatus, certa signa quibus facile,  
& utrumque genus retinere, & alterum ab altero sejungere valuiamus, depræhendi.  
Quæ quidem signa neque gustatu attinguntur, neque aliis exterioribus notis, sed ab  
ipso flore (quod est in hac arte potissimum) desumuntur. Etenim *Acetosa* quas  
mihi ad hoc tempus perpendere licuit, bifariam dividuntur; sunt quibus flores fru-  
ctibus adherentes innascuntur; sunt alie quarum natura diversa, cum singulis in ste-  
rilem, & fecundam discernuntur. Sterilis lamina, & apices fert, calycibus con-  
tenta, in qua nullus flos, nullus embryo, nullum, arefcentibus apicibus, suberefcens  
semen: at in fecunda de singulis calycibus, singuli filamentosi flores explicantur,  
embryoni insidentes, qui per maturitatem in semen transit. Hæc parum quo facili-  
us accipi possint, exemplis illustrare conabor, ab his geminæ naturæ Acetosis ini-  
tium capiens.

*Acetosa arvensis, lanceolata, sterilis*

Inter foliola calyces gignit, petiolo adherentes, quorum singuli in fenas virides  
se inæquales partes divit, seu lamina luteos apices sustinentia amplectuntur. His  
autem nulli flores, nulla fructus rudimenta continentur, sed quo ordine explican-  
tur, sine semine contabescunt.

*Acetosa arvensis, lanceolata, fructifera.*

Pari modo flores emittit per petiolos deorsum pendentes, quos feno foliola exci-  
piunt gemino ordine digesta, nam tria interiora embryoni circumposita, tribus exte-  
rioribus suffulciuntur. Inter quæ non lamina apparent, non apices, sed embryo,  
& in embryone filamentosæ tubæ. Cum rubescere incipiunt foliola, crescit embryo,  
semenque evadit trigonum, nitidum, luteolum, inter foliola jam rubra contentum.

*Acetosa sylvatica, maxima, sterilis*

Non secus, ac *Acetosa arvensis, lanceolata, sterilis*, multis calycibus fructat: hi se-  
mia partibus constant, serè equalibus, quarum tres interiores tribus exterioribus  
circumdantur. Intus feno in singulis continentur lamina, ac feni apices lutei, sta-  
minibus impositi. Quibus tabefactis, sine fructu decidunt calyces.

*Acetosa sylvatica, maxima, fructifera*

Passim in lætioribus Alpium vallibus, sylvisque inter illam gignitur, cujus flores  
embryonesque dum primum explicantur, sex foliolis circumdati reperiuntur, quorum  
tria exteriora, illis crescentibus, deorsum ressecti solent, interioribus tribus embryo-  
nem, & mox semen amplectentibus. Embryoni flosculi insident albiduli, in ramu-  
sculos divisi. Crescit deinde semen, & trigonum fit. Stamina autem apicesque nulli.

Non aliam esse vel feminam vel apices gignendi naturam *Acetosa pratensis* C. B. Pin.  
114. & *Tournef. Inst. R. Herb. 502.* & *Acetosa arvensis, minima, non lanceolata*, quæ  
hoc nomine apud eodem auctores commemoratur, depræhendi, cum utraq; in ste-  
rilem, & fructiferam discernitur, & unâ gigni soleant, illa in pratensibus locis:  
hæc in restilibus agris.

Hæc in quatuor hisce Acetosis ad hoc tempus sciebam, in quibus etiam folia in  
acumen salugiantur: in aliis folia subrotunda gignentibus non simili modo. Etenim in  
*Acetosa arborescente, subrotundo folio ex Insulis Fortunatis Pink. Almag.*

Per ramos sparsi nascuntur flores, quorum singuli quibus, feno, vel septenis perbre-  
vibus staminibus constant, in quibus apices luteoli, rubellis maculis alpepsi. Hæc sex  
caly-

calycis foliolis fulciuntur, tribus majoribus extimis, & totidem minoribus intimis. Inter flumina embryo jacet, caudicis ac ramolis filamentis ornatus, semenque angulatum evadit, quod tribus calycis foliolis non tabescentibus continetur.

*Acetosa rotundifolia, hortensis C. B. Pin. 114.*

Ante florum explicationem calycei quibusdam membranaceis annulis completitur, quibus expansis, tria foliola cernuntur extrorsum sinuosa, & inter hæc alia tria minoris primùm, sed quæ, crescente fructu, majora evadunt, triangulari forma, ac in ambitu rubra. His embryo fovetur cum sex staminibus spicibusque luteis. Embryoni filamentosi ramulculi adhærent, albedi coloris. Embryo autem in semen petiicitur trigonum; quod interioribus calycis foliolis obtegitur.

*Acetosa vesicatoria, peregrina Egl.*

Flores florumque parte, hoc ordine gignit. Calyces per petiolos ramis affixos fert binos & binos confertosque, quorum alter alterius explicationem præire solet, uberiorique succo perfuso; ideoque major evadit. Contant flores hexaphyllo calyce, cujus tres partes exteriores sunt, tres interiores, illis, adolescente fructu, deorsum revolutis, hæc primùm exiguæ, mox amplissimæ scilicet sex stamina tollunt, luteis ornata spicibus, embryonemque, & embryonis albidos ramulculos, in his quoque, servatur semen trigonum, longuiculum, luteolum. Minoris calycis eadem sunt partes. Hæc ratione in Alpibus fruticat *Acetosa rotundifolia, Alpina C. B. Prodr. 55.* de cuius natura scribere supercedeo, quoniam ab *Acetosa rotundifolia, hortensis C. B. Pin.* hæc partibus non discernitur.

His potro Acetosis generis cognatione proxima sunt *Lapathæ*; nam

*Lapathum fativum Dod. Pempt. 648.*

ex foliorum alis ramulculos gignit, quibus florum seminumque petioli annexi solent. Egreduntur petioli plures de quibusdam membranaceis annulis caulem amplectentibus, deorsumque inclinantur, quibus summis scissa calycis foliola adherent. Horum tria exteriora brevia ac parva, crescente fructu, extrorsum curvantur; tria vero alia interiora per oram rubella, majora scissa semen angulatum fovent. His etiam continentur scissa stamina apices scerentia luteos, & embryo, cui tres insident ramulculi caudicis, in alios tenuissimè divisi.

*Lapathum vulgare, folio obtuso Jo. B. 2. 984.*

Haud multum ab illo florenti ordine abest, magnitudine dissimile, cum infra cubicum vel sesquicubicum subsistat. Flores ei alternatim ex foliorum alis innascuntur, qui ab una parte egressi circa caulem ita diffunduntur, ac verticillatim dispositi apparent, quod in pluribus stirpibus cernere licet. Flores de hexaphyllis calycibus explicantur, quorum tres partes extrinsecus positæ, brevioresque longioribus ac interioribus tribus proximæ sunt. Inter hæc stamina sex collocantur cum luteis spicibus, & inter flumina embryo tres ramulculos candidos in plures alios distinctos extollens. Embryo in semen trigonum maturefcit, quod internæ calycis partes arcè amplectuntur, triangulares, ac in margine dentatæ.

Quæ in his duobus *Lapathis* sum contemplatus, eadem in aliis sæpius notavi, quæ præterea, sunt enim similia.

Habes, Vir Clariss, ut brevissimè potui, quibus signis Acetosas a *Lapathis* sejungamus; illæ enim quatuor foliis oblongis instructæ quas natura in fructiferam, & sterilem distinctas creavit, Acetosæ nomine indicentur. Quæ vero folia subrotunda gignentem, flores & stamina apicesque, ut *Lapathæ* serunt, quis prohibet *Lapathis* adicere, ac *Lapathæ* nuncupare? Nulla profectò ex his ad proligandos morbos commoda percipiunt Medici, quos in constituendis generibus vereri debemus. Hæc autem quæ ad proprios usus convertant, Acetosas; nobis quibus non solum interioris stirpium vis, sed etiam exterioris naturæ tradendæ iniunctum est munus, nostro jure uti permittant.

Hæc de *Lapathæ* ac *Acetosa* pluribus quidem, quàm tuæ litteræ a me postulare videbantur, scripsi; multa enim consultò adjecta sunt, ut tua auctoritate haberem ea confirmata. Etenim apud auctores, qui stirpium naturam nobis diligentissimè traderunt, hæc legibile ( ut meæ est memoria ) non memini, si unum Joannem Raynæ excipiamus, qui in I. suæ *Historiæ* volumine hæc dubitanti tamen similis, litteris mandavit:

davit: *ha nonnullis Acetosae speciebus puta me observasse alias plantas steriles, & steriles tantum, alias fertiles, & semine praequantibus; ut in his quoque sexus distinctio eluceat.*

Venio nunc ad *Agrimoniā Orientalem*, ut ordinem quo in scribendo usus es, servem. Dubitare te scribis num illa sit, quam Tournefortius in Libro cui titulus est *Corollarium*, vocat *Agrimoniā Orientalem*, *humilem, radice crassissima, repente, fructu in spicam brevem, & densam congesto* 21. non enim humilis, sed procerâ surgit omnibus partibus quam vulgaris, major. Ego cur dubites, video; sed tamen aliam, quæ ad Turnetio-tianam hanc sit referenda, non habemus. Cur aut. in humilem dixerit auctor, quæ longè nostratē exccellit, natalis locus in, quo ille princeps invenit, summè fortasse exilis ac jejus essect. Scis enim, ut qui optimè, pro suli conditione modo contrahi stirpes, modo produci. Cæterum quoniam de *Agrimonia*, ut scriberem effecisti, accipe etiam nonnulla de ipsius genere.

Inveterata est in Re Botanica opinio *Agrimoniā* gignere semen asperum adeo ac hamatum, *et sui rēc iparione* (ut Dioscoridis verbis reddam) *διεξελθὲς ἑσπῆδιον* seu Lappæ. Hinc Hermannus Boerhaavus summi ingenii Viri in Libro quem supra commemoravi, hæc de *Agrimonia* habet: *ovarium fit fructus oblongus, ecbinatus, Lappaceus, fœcus, gemino nucleis fetus*. Tournefortius vero in suis *Institutionibus* his veros *Agrimoniæ* genus compræhendit: *Agrimonia est planta genus, flore rosaceo, plurimis scilicet petalis in orbem positis constans, calyci insidentibus. Calyx autem abit in fructum pteramque oblongum, veluti ecbinatum, uno vel altero semine oblongo, ut plurimum, fetum. At iste fructus neque fructus est, neque semen; ille siquidem dicitur fructus, cui tubæ innascuntur: semen verò vel quod fructu tubis ornatō compræhenditur, vel quod extra fructum tubas ipsum extollit, vel denique, quod receptaculo affigitur tubis instructo. In *Agrimonia* porro fructus non annexatur tubæ, sed per ipsum hiantem ad semina in illo contenta descendunt, singulæ vel binæ, si singulæ vel binæ in fructu foveantur semina. Hanc quidem *Agrimoniæ* naturam ex tribus, quæ in meo Horto coluntur, stirpibus competam habui exploratamque, videlicet in *Agrimonia officinarum*, in *Orientali* Tournefortianis, in *minoris flore albo Fl. Norimb.* de quibus ordine scribam, a nostrate*

*Agrimonia sive Eupatorium Dod. Pempt. 28*

incipiens, quæ passim in collinis tractibus nascitur, non infrequens in campetribus ac exilibus locis, si cultu non subigantur. Profert hæc, ut omnibus notum est, cubitalem vel sesquicubitalem caulem, nonnumquam proceriorem, si pingui ac læto solo gignatur. Caulis in ramos qui veluti in spicam efformantur, diffunditur. Oriuntur de spicis raro ordine, ac alternatim fructus foliolorum alis insidentes, quibus dum tenelli sunt innixi, manent erecti, ac grandiores facti, suoque pondere foliola deprimunt, ipsique dorsum pendente perbrevis commissi petiolo, cui ealix multifolius ac villosus affigitur, fructus ante explicationem obtegens. At fructus conicus est, striis inequalis, villisque obtusis, angusta parte calyci affixus, lateri hamatus, in qua summa alter calix expanditur, in quinque foliola diffusus. Inter hæc annulus luteus jacet, & annulo petala quinque lutea adherent, ac plura stamina lutea, in luteos apices fastigata. Quæ patet annulus, de fructus sinu subeunt tubæ luteæ, plerumque binæ, quæ altero extremo feminibus junguntur, singulæ singulis, altero crassiusculæ inter stamina continentur. His areolentibus, in fructum maturantur semina, quæ cum tubis numerum æquant.

Plurâ de hac primâ exaravi, non ut iis clariùs nostrâs comprobaretur opinio; ipsa enim sunt per se satis evidentia, sed ut brevius reliquarum rationem perstringerem. Nam quod ad *Agrimoniâ minorē, flore albo Fl. Norimb.* spectat, eadem gignit, sed omnia minora, florum colore distincta; petala alba sunt, sed quæ in luteum colorem languescant, luteola quoque stamina, luteolæque tubæ. At quæ Orientalis dicitur, ut reliquis partibus, flore fructuque majoribus, densiusque positâ, vulgatè dissimilis gignitur.

Quæ cum ita se habeant, eritne aliquis qui hujusmodi sumum, fructum esse dicat, cui tubæ non affiguntur, qui patet, & laxius quidem dum plants flores, aërem, folios, & tubas admittens, qui petalorum spicamque succum propterea excipit, ut ad

inf-



inferiora, quibus semina adherent, transmittat? Quoniam alio discrimine separatur Agrimonia a Quinquefolio, a Pentaphylloide, Tormentilla, Comaroides, in quibus receptaculum non perinde ac in illis ille fructus, stamina, & petala sustinet, sibi que affixa gerit semina? At laxius in his patet receptaculum? Quidni? Sic mirabili naturæ consilio constitutum est, quo ab illis Agrimoniis sejungi posset. Etenim si Agrimonie receptaculum ejusdem esset per oram ambitus, & pluribus seminibus fetum, jam hæc non Agrimonia sed Pentaphylloides, & haberetur, & vocaretur. Non igitur in Agrimonia, sicut Tournefortio placet, abit in fructum calyx, sed phyllum, si ve, ut ego dicere soleo, de interiori flo-ri-æ parte semen crescit; neque fructus est fructus, sed receptaculum, ut in eo Libro quem *Autobiologiam* nuncupavimus, de Jalapa lictetis mandatum est. Idque planius in Rosa etiam apparet, de qua apud Tournefortium memoriæ traditum habemus *calycem in fructum carnosum, abire*. Quæ quidem opinio a vetustissimis temporibus ducitur, nam Theophrastus Lib. 1. cutitulus *περί φυτόν ἰσχυρίας* cap. 22. Rosam inter illas stirpes collocavit, in quibus inferior florum pars in fructum transit. Sed Rosarum fructus receptaculum est molle, ac succipueum, ut in Agrimonia, & Jalapæ siccum; hæc enim asfiguntur calyces, petals, & stamina, ac non tunc, quæ plura ad embryones descendunt, inter receptaculi villos circumquaque affixos, interdumque junguntur.

His nonnulla alia essent addenda, in quibus Tournefortii diligentia desiderari potest. Vitis nimirum Vinifera inter petalodes collocata flores, cum imperfectos producat; Guaiacana in sterilem, & fructiferam minime distincta, quæ gemine est naturæ, utraq; sane florifera, & petalodes, sed sterilia, majoribus quam fructifera, ornata floribus, ac receptaculo delictuta; Acanthion Carolus adjectum, quæ sine pappi thalamum ferunt; atque alia: sed hæc attingisse sufficiat.

Restat Ulva de qua in extrema tux epistolæ pagini, cui stirpi adiciam, questum invenio; visibilis, ut utro verbo dicam, nempe Cyperoidibus; multa enim sunt, quæ me ab Anguillara uno ex Decessoribus meis, & a Casparo Bauhino, quibus Typha veterum Ulva esse traditur, deducunt. Post quos *virus* meam hæc in re interponere feutentiam piget. Etenim, ut ait Quintilianus, *supervacuus fores in studiis longior labor, si nihil liceret melius invenire præteritis*. Quibus autem fundamentis nostra innitatur opinio, brevitate qua potero, perstringam.

Ulva apud veteres palustris herba fuit, non aquatica ceu Typha, quæ *φύραξις*, ut ait Dioscorides Lib. *περί ἰσχυρίας* cap. xxiv. *ἐν ἕλασι καὶ ὑδροταρίαισι τόποις* nam palustres, ut rectè tenes, a nostris vocantur stirpes, quæ in cœnosis locis gignuntur, aquaticæ vero quæ in aquis. Hinc Poëtarum præstantissimus Virgilius 11. *Æneid.* cecinit *Luceaque lacu per noctem obscurus in Ulva Delituit*.

Nam si latuisset inter Typhas Sinon quæ aquis innascuntur, cur uvida veste ac cœnosa Trojanis Pastoribus occurrentem non finxit Poeta, sic enim narrationi consentaneum videbatur, quo facilius mendaciis ac dolis fides haberetur. Delituit itaque Sinon inter Ulvas, hoc est inter Cyperoides, quod secus paludes, & aquosa loca frequens occurrit, densoque cespite in sylvam surgit, jacenti, & latentis accommodatum. Hoc clarius in Lib. vi. traditur, in quo Charontis naviculam ad limosam ripam appulisse videmus, *Æneam* & Sibyllam incolumes inter Ulvas, nempe inter Cyperoides stirpes, in quibus, quoniam densissimæ proveniunt, vestigia tuto ponuntur, expositos.

*Tandem trans fluxum incolumes Vatemque Virumque  
Inferni limo glaucæque exponit in Ulva.*

Nequaquam enim dicentur incolumes ad Typhas aquis insidentes proveci. Jam vero ea quæ in Ecloga vi 11. prodidit

*Talis amor Daphnin, qualis cum fessa juvenum  
Per nemora atque altos quærendo bucala lucos  
Propter aqua rivum viridi procumbit in Ulva  
Perdita, nec fere meminisse decedere nocti.*

quæ ratione Typhæ accommodari possunt? non enim boves ceu Lutræ in aquis jacent, aut in cœnoso loco. His satis ut opinor, & Anguillaræ, & Caspari Bauhini con-

convincitur sententia: sed quo clarius Ulvæ natura innotescat, ex aliis auctoribus nonnulla depromam; & primum de natali sede verba faciam. Gignebatur Ulva secundum flumina, lacus, paludosque loca, in quibus, & Salices, & Junci proveniunt. Id Ovidius confirmat libr. v. Metamorph.

*Forc, inquit, mediocris aquæ prospexit in imis  
Vallibus, agrestes illuc fruticosa legebant  
Vimina cum juncis, gratamque paludibus Ulvam.*

Et in libr. viii.

*senes ima lacuna  
Lentæ Salix, Ulvæque leves, juncique palustres,  
Viminaque*

Id neque Joannem Oricellarium ( ut unum ex nostris etiam nomen ) latuit, apud quem in libello, quo Italico carmine apum naturam est complexus, hæc me legisse memini

*Perchè non de la Rondine d' Etruria,  
Che appresso l' acque torbide si ciba  
D' Ulva palustre, e di loquaci rane,  
Cervor col bianco Cigno del bel lago,  
Che i bianchi pesci suoi nutrice d' oro.*

In quibus locis Cyperoides omne genus provenire non iis solum, qui in Re Botanica parum versati sunt, sed & pastoribus ipsis, agricolisque notum.

Sed jam de commodis que ex Ulva percipiunt veteres videamus. Adhibebatur Ulva ad plura, sed frequentius ad casus & rusticæ testæ contegenda, Cannis palustribus deficientibus, ut legitur in Vitruvio Lib. 11. cap. 1. Nonnulli ex Ulva palustri componunt tuguria testæ Hunc usum, & Vegetius Lib. de re militari 11. cap. xxxiii, commemorat: *Missita quoque vel plumbas jugi perpetuoque exercitio dirigere cogebantur usque adeo ut tempore biemis de scutulis vel scandulis, que si desissent, certè de cannis, Ulva, vel culmo, & porticus tegerentur ad equites, & quadam veluti basilica ad pedes, in quibus tempestate, vel venis aère turbato sub testæ armis erudiebatur exercitus.* Quod in Cyperoidibus servatum videmus. Ab agricolis quoque ad tenellas vites vincendas, cum viminibus uti ne coles molliuscule læderentur, formidarent, Ulvam invenio adhibitam. Vinculi genus, ait Columella Lib. 1v. cap. xlii. *quale sit, quo religantur femina, plurimum refert. Nam dum novella vinea est, quàm molliissimo nectendo est, quia si viminibus Salicis, aut Ulmi ligaveris, increstrens Vitis se ipsam præcidit. Optima est ergo Genista, vel paludibus defectus juncus, aut Ulva.* Plinius Lib. xvii. cap. 23. similia præcepit: *Quinimo etiam quibus Salices superfusus, molliore hoc vinculo facere maluit, herbaque Sicili, quam vocant Ampelodesmon: Græcia vero univèrsa Juncu, Cypero, Ulva.* Quas utilitates optimus quisque arborator in Cyperoidibus commendat.

Vocamus has stirpes vernaculâ linguâ *Carex*, qua voce, & præfeci uti sunt. Columella Lib. ix. cap. 11. *Filix quoque aut carex, ubicumque nascitur, angustio mense rectè extirpatur.* Quem imitatus Palladius de re rustica Lib. ix. tit. 3. *Hoc etiam mense, ait, extirpare possunt carex atque filella.* Hinc Hermolaus Barbarus in Corollariis ad Diofcoridem Lib. 1v. cap. 805. hæc postteris reliquit: *A filicibus filella, ut a caricibus carella dicimus. Est autem Carex è qua molliissima texuntur casbedra, folio ferè arundinis, uliginoso, & palustri loco plurima.*

Quod vero Ulva, & Carex eadem sit herba, Virgilius non obscure ostendit, nam Ulvam Lib. 111. Georg. pro pabulo bubus inservire docet, dicens

*Incerta tibi indomita non gramina sanium,  
Nec vestas Salicem frondes, Ulvamque palustrem,  
Sed frumenta manu carpes fata.*

De Carice autem in eodem volumine non ab simili modo

*inter  
Dura jaces pernox instrato saxa cubili  
Frondebis bisfutis, & Carice passus acuta.*

Hæc

Huc etiam revocanda sunt, quæ supra de bucula amore percita ipsius Poetæ verbis commemoravi: *Tulis amor Daphnin*, sunt enim similia. Item, ut *Ulvam* latibula præbere tradidit, ita *Caricem* in Ecloga quæm *Palamona* inscripsit, exposuit:

*Et cum clamarem (quo nunc se proripit ille?)*

*Tityre coge pecus: tu post caretta latebas.*

At quos Virgilli locos Columellæ quoque, & Palladii auctoritatem asserre juvat, quibus ad eisdem usum *Caricem* adhiberi ostenditur, quos *Ulvæ* attribuere *Vitruvius* atque *Vegetius*. Ille quidem Lib. xii. cap. 15. ad hunc modum est locurus: *Crates pastorales culmo vel Carice, vel silice textæ ex utroque latere super terram planæ disponuntur, ut cum Sol in occasum fuerit, erigantur, & inter se acclives assidinato sedulo more suguriorum inarescentem sicum a rore, & interdum a pluvia defendant*. Hic vero Lib. i. tit. 22. rusticas porticus sic fieri præcepit. quibus etiam ad æstatis temperandum calorem porticus furcis, asseribus, & fronde formari debent, quæ vel scandulis, vel [ si copia suppetit ] segulis, vel si facilius, & sine impensa placuerit, regentur caricibus aut genissis.

Unus obiici potest *Isidori* locus, qui *Ulvam* a *Carice* aliam esse credidisse videtur, sed hic Botanicis disciplinis nequaquam additus, ut apud alios invenerat [ quod erat facillimum, vel apud ipsum *Virgilium* ] ita excerptit, stirpium naturam iniudicatam relinquens. Quapropter cum possem ad *Anguillaræ*, & *Bauhini* sententiam referendam huius viri exempto uti [ seorsum enim de *Ulvæ* & *Tiphæ* loquitur ] tamen ne minus valido imiti fundamento viderer, id non attigi.

Hæc habui, *Vir Clariss.* quæ ad ea de quibus per litteras me flagitasti, ordine scriberem. Quæ si paulo verbotius scripta inveneris, ignosce desiderio meo. Dum enim tibi plenius satisfacere cogito, *Epistolæ* modum sum transgressus. Valetudinem tuam fac diligentissimè cures, & a novis morbi tentationibus, quo elapsa ætate condita, tus fuisti, confirmatam præstes. Vale.

Dat. Patavio Decimo Calend. Decembris 1722.



**D**Um Catalogus noster typis dabitur Illustrissimos. & Excellentissimos Dominus Comes ac Generalis Marsili cum publico ac insigni Botanico Bononiensi D. Josepho Monti Pisas pervenit, & in Hortum Simplicium se transfudit, ubi exoticas Plantas, quas in longinquis Regionibus prospexerat, tum non inferiori curâ, & industriâ cultas, ac a frigore defensas, tum ob magnam aeris temperiem maximè vegetas recognovit: quamobrem cum nonnulla semina Zeylanica Idem a D. Boerhaave nuper acceperit: us hæc facilius germinent, variis seminibus Pisanum Hortum ditare voluit. At cum Mihi aliqua eorum ibi, & in Catalogo nostro exillere non satis constet; ne, si aliqua deinceps enotantur, appendicem facere cogor; potius eorum nomina, prout ad me pervenerunt hic imponere statui: & ut Pisanus Hortus Plantis repletus evidenter elucescat, ac inde Catalogus noster plaudatur: hujus Clarissimi ac Sapientissimi Viri assertio sufficere poterit: us præfata Epistola clarè demonstrat.

Illustris. Sig. Padron Colendis.



On questa mia cordialissima Lettera in qualche parte riparo alla sfortuna, che ho avuto di non rincontrare VS. Illustris. in Pisa nel presente mio passaggio per essa, che ebbe per primario oggetto la speranza di poterla abbracciare, per riconoscere la Persona egualmente di quello, che ho sempre fatto del suo gran merito, e confessarli le mie molte obbligazioni per li molti favori, che ha impartito all' Istituto di Bologna.

Il Giardiniere Antonio Morini non ha tralasciato di mostrarme l' una, e l' altra cosa non solo a me ma anche all' Eccellentissimo Sig. Dott. Monti, che meco passa a Livorno per assistere a tutte le necessarie disposizioni per il trasporto de' numerosi capitali colà approdati per servizio dello stesso Istituto. Appunto la sera avanti la mia partenza da Bologna mi giunse un nuovo pacchetto di Semi mandatimi dal Sig. Boerhaave, che stinai bene di meco portare qui per comunicarne a ciascuna specie alcuni grani a VS., che riceverà colli loro nomi in cinquanta cartucce ripartiti, consegnate al medesimo Giardiniere Antonio Morini, perchè a suo tempo gliele dia.

Io mi rallegro con Lei, perchè felicemente moltiplica le tante specie di piante di capo di buona speranza, e quello, che più importa le ho ritrovate di polpa, e vigore maggiore di quelle, che sono in Amsterdam, effetto del clima, e della somma diligenza sua, e seco ben di cuore me ne rallegro.

Io per ora non l' incomodo della comunicazione al mio Orto dell' Istituto d' alcune di quelle volendo prima avere tutte le cose in ordine per poi conservarle, ed ampliarle al di Lei esemplo, e tutto assieme nell' effettivi vani farlo passare all' Istituto. Succederà col beneficio di questa mia apertura di tempo in tempo un mio rispettoso carteggio col quale anderemo dividendo l' una, e l' altra cosa, e VS. Illustris, avera libero l' adito di disporre liberamente di tutto quello, fosse in mio potere, ed appunto nella forma, che farà propria alla mia condizione d' essere con tutto il rispetto e cuore

Di VS. Illustrissima

Di Pisa a' 18. Settembre 1723.

Diotisf. & Oblig. Servit.  
Luigi Ferdinando Marsili.

A a

AP-

# A P P E N D I X

- A** Cacia Zeylanica Rorifmarini folio.  
 Acacia Zeyl. flore spicato.  
 Acacia Zeyl. flore globofo.  
 Alcea Zeyl.  
 Althæa Zeyl.  
 Althæa Zeyl. erecta, capsula feminis spinosa.  
 Amaranthus Zeyl.  
 Anonis Zeyl.  
 Anonis Indica pomo cæruleo P. Bat. Prodr.  
 Apocynum Zeyl. folio incano.  
 Arbor Surianensis flore rubro.  
 Aristolochia longa Indica, aromatica, odora.
- B** idens Zeyl.  
 Buglossa angustifolia Zeyl.
- C** Erata Magallanica.  
 Chelidonium Zeyl.  
 Cistus Zeyl. laurinis foliis.  
 Coronilla Zeyl. tota argentea Boerh. 50.  
 Coronilla Zeyl.  
 Convolvulus Zeyl.  
 Coronilla Zeyl. arborefcens, flore albo.  
 Crotonaria Asiatica folio singulari Boer.  
 Crotonaria Zeyl.  
 Cruciata Zeyl. fylv. major.
- D** Racunculus Zeyl.
- G** Naphalium Zeyl.  
 Goffipium Zeyl.  
 Gramen Zeyl. Alopecuroides.
- H** Edysarum Zeyl. arborefcens.  
 Hedyfari Zeylanici alia species.
- L** Ablab Zeyl.  
 Linaria Indica erecta.  
 Lyfimachia Zeyl. spicata.
- M** Edica Zeylanica arborefcens.  
 Mimofæ Zeyl. spinofæ, & non spinofæ species.
- O** Cymum Zeylanicum perenne frutescens Par. Bat. Boerh.
- S** ena Zeyl.  
 Sena Zeyl. spicata.  
 Sena Zeyl. flore umbellifero.  
 Sena Zeyl. foliis obrulis.  
 Scrophularia Asiatica.  
 Sinsiftrum Zeyl.
- U** rtica Zeyl.

ERRATA CORRIGE.

Pag. verif.	Errata	Corrige.	Pag. verif.	Errata	Corrige.
1.	24. foliis	foliis	26.	29. Jalis	Julio
6.	31. verticillatum	verticillatum	27.	31. retectum	refectum
8.	3. Pl. Ramponum.	Pl. Ramponum & Socium	31.	5. Apibus	Alpibus
12.	26. Angura	Angura	31.	Hydroloparthum	Hydroloparthum
14.	26. notoribus	notoribus	32.	31. Jendé forma dicendi.	
16.	17. Ferarior	Feracior	34.	Jovis Botanacrietie de	Leonopodion .
19.	18. Camden	Eandem	35.	14. Muftrum tricoctotus	Muftrum tinctorius
21.	18. purpureo	Purpureus	35.	14. Muftrum tricoctotus	afcedat
24.	26. notoribus	Feracior	36.	17. attendit	ruberis
31.	18. foliatis	foliatis	107.	47. punctis rufis	hirfura
32.	47. Abinthium	Abinthium	107.	21. hirfura	urina
41.	26. Peniceo	Phoniceo	107.	21. unicus	Moluccana
42.	16. Italicum	Italicum	117.	5. Moluccana	cum
49.	26. nabis	notis	117.	6. Tibicatis	Tibicatis
49.	6. curiva	curiva	117.	40. Foggam	Foggam
56.	17. Sechas	Strachis	117.	30. orbis	orbis
59.	29. circum	circa	126.	2. Pifam	Pifam
59.	17. blong	oblonga	169.	11. collocamus	collocamus
61.	62. Dichamnis	Dichamnis	159.	21. Buthon	Buthon
61.	40. mufus	mufus	159.	20. fomis	fomis
71.	26. utriusque	utrumque	160.	47. Sechas	Urina
71.	26. Cylindracea	cylindracea	166.	17. edinus	edinus
71.	2. confandit	confunditur	167.	2. luteus	luteus
71.	17. angustifolia	angustifolia	167.	2. luteus	luteus
71.	42. Borrilleria	Borrilleria	171.	27. angustifolia	angustifolia
71.	41. otroleoco	otroleoco	171.	Reliqua que excluduntur,	prouta corriget Lector.
81.	2. Hoocheiba	ab Hoocheiba			
81.	46. fequand	fequand			

AD LECTOREM.

**D**um quodlibet opus Typis deprimitur multoties, ut palam est, prout res, que in eo pertrahantur, possunt, Lector atq. n. ubi occurrit, quamobrem hoc mihi quoque accitit in presentiarum: etenim in hoc opusculo tam plurima, & diversa genera plantarum recensentur, & præsertim ea plura, quas æstivæ seminis acquirunt, que cum sub vario Cæli natæ varia observentur, hinc est, quod à me illico proprio, & distincto nomine adnotari non potuerunt, sed habenda sunt tempestatis ratio, igitur al quas Africanas, & exoticas plantas nunc exponere non licet; hujus generis sunt aliquæ Al. Es Species sic ex semine natæ, que aliter figuris, & descriptionibus ob caulis varietatem, longitudinem, ramus, & forum posituram allatis à doctis Professoribus accommodari primo intuitu non videntur, ac potius in aliud tempus recitare judicavi, Insuper in hoc Horto Ficus Indica Scolopendria folio, Fipiphyllus Par. Bas. App. antequam huc pervenirem Auximhi tempore floruit, & quamvis rugosam, & marcidum florem ad Excell. D. Monti Botanicum Bononicensem misit; id etiam accidit in aliqua Euphorbii specie, quam deflorescentem tantum inveni, nec aliquid comprobare potui in se adduc dubia; prout asserere videtur D. Boerb. pag. 259. sic ambigit inter Euphorbia, & Tithymalus, &c. quare si quid novi nullus ero in posterum prosequar. Ne mireris tantum, Lector benevole, si eandem plantam sub diverso nomine pluries repererit; ita ut viginti ferè plantis Catalogus ineptè auctas videatur; id enim non incititia, non incuria evēit; sed a frequentissimo plantarum numero occupatas aliquando, ne ullam ex iis plantis, quas descripias optavi, prætermittere, nimis, ut ita dicam, diligentia nimium scrupulosus sub diverso nomine easdem plantas recensui. Accessit demum, cum ad trutinam Catalogum revocarem, amantissimi fratris Episcopi Biturgiensis mors, qua animum meam intemptivè perisam omni prosum muneri imparem reddidit; quapropter eadem plantæ non solum, nec seculis a veritate, sed iisdem synonymis dubiis in locis fortuitè replicantur; ut Acorns, Alcea, Anemionides, Aconyum, Aplenium, Barbucapra, C. r. d. Cberophyllum, Geranium, Hedera, Heaynois, Hieracium, Hypericum, Pœonia, L. monius, Vitis, &c.

1,290

CF 005636302









MC



Digitized by Google

